


CORNELII
VALERII VLTRAIECTINI
GRAMMATICARVM
INSTITUTIONVM
LIBER PRIMVS.

De primis Grammatices Latinæ
Rudimentis.

Cui extrema manus Auctoris accessit.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Viduam, & Ioannem Moretum.

M. D. XCII.

Cum Gratia & Privilegio.

Cuius Sive Tauri Salm. ex dono Regum.



CO R I O
I L E I
V A L E R I I

S U M M A P R I V I L E G I I .

R E G I A Maiestatis Priuilegio cantū est, ne quis
citra voluntatem Ioannis Moreti, Typographi Ant-
verpiensis, CORNELII VALERII Ultraiectini
Grammaticarum Institutionum libros, siue alia quæ-
uis eiusdem Auctoris, vel aliorū quorumcumq. ope-
ra olim à Christophoro Plantino excusa, vlo modo
imprimat, aut alibi impressa in suas ditiones impor-
tet, venaliāve habeat. Qui secus faxit, cōfiscatione li-
brorum, & graui poena multabitur: ut latius patet in
literis Datis Bruxellæ, 16. Maij. M. D. C. I.

Signat. S. De Grimaldi.

Et in Consilio Brab. I. De Buschere.

AD LECTOREM.



V M neminem adhuc in arte Grammatica recte, atq. ordine puerorum ingenii congruente, breuiterq. tradenda satis elaboras-
te, pleriq. eorum, qui in ea cogitatione cu-
raq. versati sunt, arbitrentur; minimè certe
mirum videri debet, eiusdē libri plures interdum editio-
nes reperiiri, ac posteriores plerumq. prioribus multo lo-
cupletiores, atq. etiam correctas magis, & paulo faciliūs
explicatas. Nos olim brevia quædam Grāmaticæ Latiniæ præcepta ad eorū utilitatem, quos priuatim id tépo-
ris instituebamus, ea via ac ratione quæ nobis commo-
diffissima tum visa est, collegimus: quæ semel iterumq. re-
nata & aucta nunc tandem ea accessione locupletauimus;
ut æquos rerū æstimatores speremus hunc nostrū labo-
rem, si peccitiūs introspexerint, non superuacaneū fuīs-
se, nec verò inutilē fore studiosæ iuuentuti iudicaturos.
Quatuor autē libellis nunc postremū diligentissimè
recognitis vniuersam bene loquendi artem ac præcepta
maximè pueris necessaria, & quæ tutò sequi possint, bre-
uiter & dilucidè sum us cōplexi: quorū primus tantūm
rudimenta continet, tanquā præparationem quandā ad
absolutiorem Etymologiaz & Syntaxeos tractationem:
Secundus Etymologiam, seu potius Analogiā, qua par-
tium orationis, seu dictionū singularum discrimē, pro-
portio, & origo traditur, in quo libro nominū genus &
declinationem, itemq. verborū præterita & supina con-
iungentes, aliter atq. vulgò fieri solet, ea tradidimus præ-
cepta, quæ & necessaria & certa sunt, & in optimis scri-
ptoribus obseruata, atque à superioris ætatis barbarie,
quantū fieri potuit, repurgata. Syntaxin liber tertius cō-
plectitur: quo Grammaticorum de recta atq. emendata
orationis cōsecutione sententiaz diligenter ad usitatum
linguæ Latinæ principū sermonem perpendūtur ac iu-
dicatur. Quartus carminū genera quorū frequētior usus
est, cōtinet. Prioris duo libelli lep̄e ab hinc annis cōscri-
pti sunt & dictati Philiberto, D. Hieronymi à Seroes-
kerka Zelādi Equitis aurati filio, tū puerō, qui nūc sum-
ma nostra voluptate adolescens & probus & pererudi-
tus erat. Posterioris biennio ferè pōst generoso adoles-

CORNELII

VALERII VLTRAIECTINI GRAMMATICARVM INSTITUTIONVM

L I B E R . I.

De primis Grammatices Latinae Rudimentis.



Vid est Grammatica? Est ars, qua purè & emendatè loquendi scribendi q̄, rationem tradit, idoneorum scriptorum usū & auctoritate comprobata.

[Vnde nomen hoc dictum est? A litteris, quas grammata Graci vocant, quasi litterarum scien-
tia. Ea quatuor ex partibus constat: Orthographia,
Prosodia, Etymologia, & Syntax: quarum prima ver-
satur in litteris, altera in syllabis, tertia in dictionibus,
quarta in oratione.]

— Quid est littera? Minima pars vocabuli.

— Quot numerantur litterae? Tres & viginti.

Quæ sunt?

^a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S
^b T V X Y Z.

^c a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z

^d a be ce de e ef ge he i ka el em en o pe qu
er es te v ix ^e ypsilon zeta.

— Quot sunt vocales? *Quinque Latine, & una Graeca.* Quæ sunt? a, e, i, o, u, y.

— Cur sic dictæ sunt? Quod plenū sonū per se efficiant.

— Quot sunt ex vocalibus quæ consonantes fieri possunt? *Duo.* Quæ? *u.* Quādō? *Cū in eadē syllaba vocalibus aliis, vel sibi ipsa, preponuntur: ut, iuno, yult.*

Quot

Grammatica
est certa lo-
quendi scri-
bendi &
rationem
scientia.
Nō enim all-
ter scribere
debet nisi, quā
loquimur.

^a Maiorū lit-
terarū figura.

^b Minorū
figura.

^c Pronuncia-
tio.

^d Tres sunt
Greci litte-
rae, κ, γ, ζ.

^e Duæ sunt
species litte-
rarum, voca-
les & conso-
nantes; & con-
sonantium

duæ species,
semi-vocales.